Poterat utrumque praeclare (fieri), si esset fides, si gravitas in hominibus consularibus. Cic. Fam. 1, 7.

Nec acie certare Hannibal ausus (est), quia tanta paucitate vix castra, si oppugnarentur, tutari poterat. Liv. 22, 24.

Quid poterat Hejus respondere, si esset improbus, si sui dissimilis? Cic. Verr. 4, 7.

Contumeliis eum onerasti, quem patris loco, si ulla in te pietas esset, colere debebas. Cic. Phil. 2, 38.

Si verum respondere velles, Cato, haec erant dicenda. Cic. Fin. 4, 23.

Quodsi Romae Cn. Pompejus privatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus. Cic. De imp. Cn. P. 17, 50.

Si hercule nihilo muturius hoc, quo ego censeo, modo perficeretur bellum, tamen ad dignitatem populi Romani famamque apud reges gentesque externas pertinebat, non ad defendendam modo Italiam, sed ad inferenda etiam Africae arma videri vobis animum esse. Liv. 28, 44.

Si mihi nec stipendia omnia emerita essent, necdum aetas vacationem daret, tamen aequum erat, me dimitti. Liv. 42, 34.

Vincebat auxilio loci paucitas (nämlig: die Fabier), ni jugo circummissus Vejens in verticem collis evasisset. Liv. 2, 50.

Atrox certamen aderat, ni Fabius consilio neutri parti acerbo rem expedisset. Liv. 3, 1.

Romam ferri protinus Siccium placebat, ni decemviri funus militare ei publica impensa facere maturassent. Liv. 3, 43.

Jam fames, quam pestilentia, tristior erat, ni annonae foret subventum. Liv. 4, 52.

Si per Metellum licitum esset, matres illorum, uxores, sorores veniebant. Cic. Verr. 5, 49.

Si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere possemus, haud erat sane, quod quisquam rationem ac doctrinam requireret. Cic. Tusc. 3, 1.

Labebar longius, nisi me retinuissem. Cic. Leg. 1, 19.

Conclave illud, ubi Dejotarus erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Cic. Div. 1, 15.

Illi ipsi, qui remanserant, vix decuma pars aratorum, relicturi agros omnes erant, nisi ad eos Metellus Roma literas misisset, se decumas lege Hieronica venditurum. Cic. Verr. 3, 52.

Cacus, captus pulchritudine boum, quum avertere eam praedam vellet, quia, si agendo armentum in speluncam compulsisset, ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant, aversos boves caudis in speluncam traxit. Liv. 1, 7.

Hasdrubal Carales perventurus erat, ni Manlius obvio exercitu ab effusa eum populatione continuisset. Liv. 23, 40.

Etsi nihil aliud Sullae nisi consulatum abstulissetis, tamen eo contentos vos esse oportebat. Cic. Sull. 32, 90.

Si tribuni me triumphare prohiberent, L. Furium et L. Aemilium testes citaturus fui rerum a me gestarum. Liv. 38, 47.

Quod singuli facturi fuimus, si aedes nostrae deflagrassent, hoc in publico incendio universi recusamus facere? Liv. 5, 53.

Quid futurum fuit, si illa pastorum convenarumque plebs, transfuga ex suis populis, sub tutela inviolati templi aut libertatem aut certe impunitatem adepta, soluta regio metu, agitari coepta esset tribuniciiis procellis? Liv. 2, 1.

Si illo die gens ista Clodia, quod facere voluit, effecisset, si P. Sestius, qui pro occiso relictus est, occisus esset, fuistisne ad arma ituri? Cic. Sest. 38, 81. Vgl. Halm zu Cic. Lig. 7, 23.

Pons sublicius iter paene hostibus dedit, ni unus vir fuisset, Horatius Cocles. Liv. 2, 10.

Sic prope oneratum est sinistrum Romanis cornu, ni referentibus jam gradum consul increpando simul temeritatem simul ignaviam pudore metum excussisset. Liv. 2, 65.

Deleri totus exercitus potuit, si fugientes persecuti victores essent. Liv. 32, 12.

Consul esse qui pocui, nisi eum vitae cursum tenuissem a pueritia, per quem equestri loco natus pervenirem ad honorem amplissimum? Cic. Republ. 1, 6.

Quem si interficere voluisset, quanta quoties occasiones, quam praeclare fuerunt! Potuitne, quum domum ac deos penates suos illo oppugnante defenderet, jure se ulcisci? Cic. Mil. 14, 38.

Debuisti, Vatini, etiamsi falso venisses in suspicionem P. Sestio, tamen mihi ignoscere. Cic. Vat. 1, 2.

Quem hominem, si qui pudor in te atque adeo si qui metus fuisset, sine supplicio dimittere non debuisti, hunc abs te sine praemio discedere noluisti. Cic. Verr. 3, 61.

Quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuerunt conservatores domini, ultores sceleris, defensores necis. Cic. Mil. 22, 58.

Quae (sc. Tullia) si hoc tempore non suum diem obisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit. Cic. Fam. 4, 5.

Hanc urbem vos non hostium ducitis, ubi, si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit? Liv. 2, 38.

Occasio egregie rei gerendae fuit, si L. Furius protinus de via ad castra oppugnanda duxisset. Liv. 31, 21.

An si sana mens fuisset, difficile illis (sc. Samnitibus) fuit, dum senes ab domo ad consultandum arcessunt, mittere Romam legatos? Liv. 9, 9.

Quod si ita putasset, certe optabilius Miloni fuit dare jugulum P. Clodio, quam jugulari a vobis, quia se non jugulandum illi tradidisset. Cic. Mil. 11, 31.

Praeclare viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. Cic. Fam. 12, 10.

Nisi Latini sua sponte arma sumpsissent, capti et deleti eramus. Liv. 3, 19.

§. 19.

Anm. 1. In vielen der angegebenen Fälle u. a. hat der Ausdruck etwas Elliptisches oder Anakoluthes. Anstatt zu sagen: „Aratores agros reliquissent, nisi Metellus Roma literas misisset,“ spricht Cicero, indem er sagt: „Aratores agros relicturi erant“ nur aus, daß die Ackerbauer schon im Begriffe waren, die Felder zu verlassen, und läßt et reliquissent, welches er, streng genommen, hinzusetzen müßte, aus, weil durch den Bedingungsfall nisi . . . misisset schon hinreichend angedeutet ist, daß die Handlung des Verlassens nicht zu Stande gekommen ist. Wie hier, so steht oft statt des Conj. Plusq. Act. in hypothetischen Hauptsätzen die Umschreibung mit dem Part. Fut. Act. und dem Impf. oder Perf. von sum, aber stets im Indic.*) und nie anders als in der angegebenen Weise elliptisch. Eben so ist in der Verbindung: „Pons sublicius iter paene hostibus dedit, ni unus vir fuisset,“ hinter dedit: et dedisset,**) in „Praeclare viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium.“ hinter viceramus: et vicissemus, in: „Admonebat me res, ut hoc quoque loco intermissionem eloquentiae, ne dicam interitum, deplorarem, ni vererer, ne de me ipso aliquid viderer queri.“ Cic. Off. 2, 19 hinter deplorarem: et deplorarem und in ähnlichen Beispielen Ähnliches zu ergänzen.

In dem von Madv. Lat. Spr. 348, Anm. 3 angeführten Beispiele: „Rex iis usu agrorum interdixit,

*) Eine Ausnahme würde Etiam si obtemperasset auspiciis, idem eventurum fuisset. Cic. Div. 2, 8 machen, wenn mit Madv. Op. acad. alt. p. 230 nicht fuit daselbst zu lesen ist.

**) Vgl. Wagners Beurtheilung von Madvigs Sprachlehre von Fischer in Matzells Zeitschr. für das Gymnasialw. 12. Jahrgang. 1858. S. 414.

nisi stipendium solverent,“ lehnt sich die Bedingung an *usu agrorum* an und dieses vertritt die Stelle eines ganzen Satzes: *ne agris uterentur*“ oder *„ne fructum caperent ex agris.“* Im Eingange des zweiten Buches *de divin.* sagt Cicero: *„Quaerenti mihi multumque et diu cogitanti, quam re possem prodesse quam plurimis, ne quando intermitterem consulere reipublicae, nulla major occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus.“* und bedient sich also der Worte: *„quam si optimarum artium vias traderem meis civibus“,* als hätte er den Gedanken: *„inter occurrentes mihi res nullam putabam futuram esse majorem“* nicht in: *nulla major occurrebat (res)“* verkürzt. In der Rede *pro Sulla* 5, 15 lesen wir: *„Sulla, si sibi suus pudor ac dignitas non prodesset, nullum auxilium requisivit.“* und fühlen sofort, daß: *„nullum auxilium requisivit“* ein aus: *„nullum auxilium sibi requirendum esse existimavit“* zusammengezogener Ausdruck ist.

Wenn der Römer aber die Verba des Müßens, Sollens, Könnens und die ihnen verwandten in den Bedingungsauptsätzen in den Indicativus stellt, so hat das allein darin seinen Grund, daß er, weniger, als der Deutsche, reflektirend, bei seiner Charakterfestigkeit und seinem praktischen Wesen meistens da Zweifel und Ungewißheit zu zeigen Anstand nimmt, wo es sich um die Feststellung dessen handelt, was Pflicht, Schuldigkeit oder Lebensflugheit gebietet oder dem Bereiche des physischen oder intellektuellen Vermögens angehört.

Undankbarkeit ist unbedingt verwerflich und nie und von Keinem zu entschuldigen und die Richtigkeit dieses Satzes irgendwie zweifelhaft zu lassen unrömisch; daher sagt Cicero mit dem für das Ganze unwesentlichen Zusatz *„si ulla in te pietas esset“:* *Contumeliis eum onerasti, quem patris loco colere debebas.* Das Gebot gebot, und so konnten keine Bedenken über die Nothwendigkeit des *dedere* aufkommen, wenn Cicero sagte: *„Quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuerunt conservatores domini.“* Für keinen darf es fraglich sein, daß ein Heer vernichtet werden kann, um so weniger, wenn es flieht und von einem siegreichen Feinde verfolgt wird, daher: *Deleri totus exercitus potuit, si fugientes persecuti victores essent.*

Anm. 2. Wo das Können, Müßen u. j. w. als ein von der subjektiven Ansicht des Einzelnen mehr oder §. 20. minder abhängiges gedacht ist, da stehen die Verba *posse, oportere, debere* etc. unter den oben angegebenen Verhältnissen auch im *Conjunctivus*.

Aequabilitatem vitae servare non possis, si aliorum virtutem imitans omittas tuam. Cic. Off. 1. 31.)*

Illa longa oratio nec ad vos pertinens sit, si, quemadmodum Q. Fabius meas res gestas in Hispania elevavit, sic ego contra gloriam ejus eludere et meam verbis extollere velim. Liv. 28, 44.

Si quis in domum aliquam aut in gymnasium aut in forum venerit, quum videat omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri iudicare, sed esse aliquem, qui intelligat, qui praesit et cui pareatur. Cic. N. D. 2, 5.

Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit, officium non reddere. Cic. Off. 3, 25.

Ut si constitueris, te cupiam advocatum in rem praesentem esse venturum, atque interim graviter aegrotare filius coeperit, non sit contra officium non facere, quod dixeris. Cic. Off. 1, 10.

Haec quidem vita mors est, quam lamentari possem, si liberet. Cic. Tusc. 1, 31.

Nisi in literis viverem, haud possem vivere. Cic. Fam. 9, 9.

Neque enim posset aut Ahala ille Servilius aut P. Nasica non nefarius haberi, si sceleratos cives interfici nefas esset. Cic. Mil. 3, 8.

Quid comitatus nostri, quid gladii volunt? quos habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret. Cic. Mil. 4, 10.

Haec si diceret, tamen ignosci non oporteret. Cic. Verr. 1, 27.

Quod si esset, si suscipere eam (sc. religionem) nolletis, tamen in eo, qui violasset, sancire vos velle oporteret. Cic. Verr. 4, 51.

Si iudex non esses et haec ad te delata res esset, te potissimum hoc persequi, te petere, te agere oporteret. Cic. Verr. 4, 31.

*Mihi ignoscere non deberetis, si tacerem. Cic. Cluent. 6, 18.**)*

Neque enim ego tunc princeps ad salutem esse potuissem, si alii comites esse noluissem. Cic. Sull. 3, 9.

Neque enim hoc cogitavit vir justissimus, neque in bonis viris legendis id assequi potuisset, etiamsi cupisset. Cic. Mil. 8, 21.

Quod nisi ego meo adventu illius conatus aliquantum repressissem, tam multos testes huc evocare non potuissem. Cic. Verr. 2, 26.

Quod nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent. Caes. B. G. 7, 88.

Extrahi tamen diutius certamen potuisset, ni coepta ab Etruscis fuga pavorem ceteris injecisset. Liv. 27, 27.

Quae regio si fida Samnitibus fuisset, aut pervenire Arpos exercitus Romanus nequisset, aut inter-

*) Vgl. §. 4.

**) Hier sagt Cicero nicht *debeatis*; denn hier ist das Müßen kein unbedingt. Nur wenn ich schweige, dürftet ihr mir nicht verzeihen. Rede ich, so hört eure sittliche Verpflichtung mir nicht zu verzeihen auf. Wagner in der zuletzt angeführten Beurtheilung v. Madvigs Sprachlehre v. Fischer.

jecta (sc. regio) inter Romam et Arpos penuria rerum omnium exclusos a comitatibus absumpsisset. Liv. 9, 13.

Neque fecisti nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem facere licuisset. Cic. Phil. 2, 2.

Quod si Catilina in urbe ad hanc diem remansisset, dimicandum nobis cum illo fuisset, neque nos unquam, quum ille in urbe hostis esset, tantis periculis rem publicam tanta pace, tanto otio, tanto silentio liberassemus. Cic. Cat. 3, 7.

§. 21.

Qui nisi revertisset, in eo conclavi ei cubandum fuisset, quod proxima nocte corruit. Cic. Div. 2, 8.

Ann. 3. Was von vollständigen Bedingungsätzen gesagt ist, gilt auch von unvollständigen, bei denen der Bedingungsnebensatz ergänzt werden muß, und von zusammengezogenen oder verkürzten (vgl. §. 13); ja die am Schlusse der Hauptregel angeführten Verba des Könnens, Müßens und die ihnen verwandten stehen hier recht eigentlich, weil entweder scheinbar oder für den Lateiner wohl auch wirklich unbedingt, im Indicativus.

Possum persequi multa oblectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa, quae dixi, sentio fuisse longiora. Cic. Cat. Maj. 16, 55.

Possum sexcenta decreta proferre; verum, ut ex uno de ceteris conjecturam facere possitis, id, quod priore actione didicistis, audite. Cic. Verr. 1, 47.

Permulta sunt, quae dici possunt, quare intelligatur summam tibi facultatem fuisse malefici suscipiendi. Cic. Rosc. Am. 33, 94.

Nemo mihi, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum, aut duos avos, aut multos praestantes viros, quos enumerare non est necesse, tanta esse conatos. Cic. Cat. Maj. 23, 82.

Sic jam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo (wie ich eigentlich müßte), sed ut misericordia, quae tibi nulla debetur. Cic. Cat. 1, 7.

Habemus hujusmodi senatus consultum, quo ex senatus consulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit. Cic. Cat. 1, 2.

Quas iste praedas quam aperte quam improbe fecerit, longum est dicere. Cic. Verr. 1, 60.

Longum est mulorum persequi utilitates et asinorum, quae certe ad hominum usum paratae sunt. Cic. N. D. 2, 64.

Longum est et non necessarium commemorare, quae apud quosque visenda sunt tota Asia et Graecia. Cic. Verr. 4, 60.

Difficile est hoc de omnibus confirmare; sed tamen est certum, quod respondeam. Cic. Arch. 7, 15.

Difficile est, quum praestare omnibus concupieris, servare aequitatem, quae est justitiae maxime propria. Cic. Off. 1, 19.

Ridiculum est, me nunc de Verre dicere, quum de Pisone Frugi dixerim; verum tamen quantum intersit videte. Cic. Verr. 4, 25.

Superbum est, iudices, et non ferendum dicere praetorem in provincia homini honesto, locupletis, splendido: „vende mihi vasa caelata.“ Cic. Ver. 4, 20.

M. Quid? si te rogavero aliquid, nonne respondebis? A. Superbum id quidem est. Cic. Tusc. 1, 8. *)

Flaminius, qui ne quieto quidem hoste (= ne si quietus quidem fuisset hostis) ipse quieturus erat, tum vero, postquam res sociorum ante oculos prope suos ferri agique vidit, iratus se ex consilio praecepit. Liv. 22, 3.

Tongilium mihi eduxit, Publicium et Minucium, quorum aes alienum contractum in popina nullum rei publicae motum afferre poterat. Cic. Cat. 2, 2.

Quae aetas formaeque misericordiam elicere poterat, ad libidinem et contumeliam animum accenderunt. Liv. 8, 28.

Qui Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? Cic. Dej. 9, 25.

Ad mortem te, Catilina, duci jussu consulis jam pridem oportebat. Cic. Cat. 1, 1.

Interfectum esse L. Catilinam et gravissimo supplicio affectum jam pridem oportebat, idque a me et mos majorum et hujus imperii severitas et res publica postulabat. Cic. Cat. 2, 2.

Cujus (sc. candelabri) fulgore collucere atque illustrari Jovis Optimi Maximi templum oportebat, id apud istum in ejus modi conviviis constituetur, quae domesticis stupris flagitiisque flagrabunt? Cic. Verr. 4, 32.

Quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Cic. Cat. 1, 4.

Quid? ergo in tanta laetitia cunctae civitatis me unum tristem esse oportebat? Cic. Phil. 2, 9.

Oculorum fallacissimo sensu (Chaldaei) judicant ea, quae ratione atque animo videre debebant. Cic. Div. 2, 43.

Imitari, Castor, potius avi mores disciplinamque debebas, quam optimo viro fugitivi ore maledicere. Cic. Dej. 10, 28.

Sint sane inimicitiae, quae esse non debebant. Cic. Dej. 11, 30.

Ita reges gesserant bella, ita Fabii, ita Furius Camillus, quem juvenes ii, quibus cum Alexandro dimicandum erat, senem viderant. Liv. 9, 17.

Erat amentis, quum aciem videres, pacem cogitare. Cic. Lig. 9, 28.

*) Einige Herausgeber haben aus schlecht interpolirten Codd. esset aufgenommen.

Antiochus praesidium ab Lysimachia, ne opprimeretur ibi ab Romanis, deduci pravo, ut res ipsa postea docuit, consilio jussit. Non enim tueri solum Lysimachiam a primo impetu Romanorum facile erat (es wäre leicht gewesen), sed obsidionem etiam per totam hiemem tolerare. Liv. 37, 31. Man vergleiche damit:

Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos (faum wäre es . . . leicht geworden, die Gunst der Syr. sich zu erwerben), succedenti tantae caritati Hieronis. Liv. 24, 5.

Te ipsum jam, Torquate, expletum hujus miseris esse par erat. Cic. Sull. 32, 90.

Itaque eos ad rem publicam ne accessuros quidem putat, nisi coactos. Aequius autem erat id voluntate fieri. Cic. Off. 1, 9.

Quaero: Quid facturi fuistis? Cic. Lig. 8, 24.

Ad supplicium depoposcerunt me duces primum (sagt Hannibal), deinde vos omnes, qui Saguntum oppugnassetis; deditos (= si dediti essemus) ultimis cruciatibus affecturi fuerunt. Liv. 21, 44.

Prope oblitus sum, quod maxime fuit scribendum. Cic. Fam. 8, 14.

Quid ego Ostiense incommodum atque illam labem atque ignominiam rei publicae querar, cum prope inspectantibus vobis classis ea, cui consul populi Romani praepositus esset, a praedonibus capta atque oppressa est? Cic. De imp. Cn. P. 12, 33.

Brutum non minus amo, quam tu, paene dixi, quam te. Cic. Att. 5, 20.

Per dolum ac conditionem prope libertas amissa est. Liv. 2, 3.

Prope fuit, ut dictator ille idem (sc. Appius Claudius) crearetur. Liv. 2, 30.

Tunc ad extremum periculum ac prope perniciem ventum est. Liv. 21, 34.

Cui enim parci potuit ex iis, qui aut inclusi cum conjugibus ac liberis domos super se ipsos cremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnae, quam morientes, fecerunt? Liv. 21, 14.

Verum ego hoc, quod jam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Cic. Cat. 1, 2.

Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani aut perfici quam primum oportet. Liv. 5, 4.

Volumnia debuit in te officiosior esse, quam fuit, et id ipsum, quod fecit, potuit facere diligentius et cautius. Cic. Fam. 14, 16.

Nonne omni ratione veterani, qui armati aderant, quum praesidii nos nihil haberemus, defendendi fuerunt? Cic. Att. 14, 14.

Illud potius praecipendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitis comparandis, ut ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Cic. Lael. 16, 60.

Quae conditio non accipienda fuit potius, quam relinquenda patria? Cic. Att. 8, 3.

Recenseam duces Romanos, nec omnes omnium aetatum, sed ipsos eos, cum quibus consulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum. Liv. 9, 17.

Sed neque vos tulissetis (sc. sponsonem), nec nos spondissemus; nec fas fuit, alium rerum exitum esse, quam ut illi, velut somnio laetiore, quam quod mentes eorum capere possent, nequicquam eluderentur. Liv. 9, 9.

Prohiberi melius fuit impediri, ne (Cinna) tot summos viros interficeret, quam ipsum aliquando poenas dare. Cic. N. D. 3, 33.

Satius fuit amittere milites, quam arma et impedimenta hostibus concedere. Cic. Inv. 2, 24.

Expulso cive (sc. Camillo), quo manente, si quicquam humanorum certi est, capi Roma non poterat, legati ab Clusinis veniunt. Liv. 5, 33.

Congemuit senatus frequens neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit, quum (Catilina) erupit e senatu triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat. Cic. Mur. 25, 51. *)

*) Ferd. Schultz sagt in seiner Lat. Sprachlehre 2. Ausg. 1853. §. 366. N. 1: Ob „ich hätte müssen“ durch Impf., Perf. oder Plusq. Ind. ausgedrückt werden müsse, hängt von folgender Erwägung ab. Der deutsche Ausdruck läßt dem Sinne nach 3 verschiedene Ermüdungen zu und zwar: 1) und ich muß noch; 2) aber jetzt ist es zu spät; 3) aber es war (damals) zu spät. Im ersten Falle ist lat. das Impf., im zweiten das Perf., im dritten das Plusq. erforderlich.

Das wird in den meisten Fällen zutreffen, aber ganz richtig ist es doch nicht. Man sieht leicht ein, daß eine Handlung, von der ich sage, sie hätte vor einer bestimmten vergangenen Zeit geschehen müssen, meist so beschaffen sein wird, daß sie in der gedachten oder angegebenen Zeit nicht mehr geschehen konnte (es war zu spät); daß ferner eine Handlung, die in einem bestimmten Zeitpunkt der Vergangenheit hätte vorgenommen werden müssen, meist jetzt nicht mehr wird geschehen können (es ist zu spät), und endlich, daß eine Handlung, zu der ich verpflichtet war, ohne aber an einen bestimmten Zeitpunkt gebunden zu sein, vor oder in dem ich dieser Verpflichtung hätte nachkommen müssen, häufig von der Art sein wird, daß ihre Möglichkeit und somit auch meine Verpflichtung noch jetzt fortbesteht. Aber man vergleiche einmal Cic. Cat. 1, 2: Verum ego hoc, quod jam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Cicero selbst widerlegt hier die zweite Regel des Verfassers, indem er trotz des oportuit deutlich ausdrückt, daß es noch nicht zu spät ist, den Catilina tödten zu lassen. Vorher cap. 1, 1 hat er von derselben Sache gesagt: Ad mortem te, Catilina, dum jussu consulis jam pridem oportebat. Beide Ausdrücke haben denselben Sinn und unterscheiden sich nur dadurch, daß in dem zuerst angeführten die Dauer der Verpflichtung hervorgehoben ist, in dem ersten nicht. Bgl. ferner Cic. Phil. 2, 9: Quid? ergo in tanta laetitia cunctae civitatis me unum tristem esse oportebat? Cicero meint, Antonius werde doch nicht verlangen, daß er allein bei der Ermordung des Clodius hätte traurig sein sollen. Hier paßt doch gewiß nicht die Auslegung, er solle auch jetzt noch traurig sein, da ja auch die allgemeine Freude schon weit zurückliegt, überhaupt nur von längst vergangenen Dingen, die mit der Gegenwart nichts zu thun haben, die Rede ist. Geht die Verpflichtung, eine Handlung oder einen Zustand eintreten zu lassen, einer andern bereits vergangenen voran, wie in dem obigen Beispiele (Catilina erupit e senatu triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat), durch welches ausgedrückt werden soll, daß die Verpflichtung, den Catilina nicht lebend entkommen zu lassen, vorhanden war, bevor derselbe triumphbi-

Lucullus quum victor a Mithridatico bello revertisset, triennio tardius, quam debuerat, triumphavit. Cic. Acad. 2, 1.

Quanto melius fuerat, in hoc promissum patris non esse servatum. Cic. Off. 3, 25.

Optimum quidem fuerat (sagt Hannibal zu Scipio), eam patribus nostris mentem datam ab diis esse, ut et vos Italiae et nos Africae imperio contenti essemus. Liv. 30, 30.

§. 22.

Anm. 4. Der *Conjunctivus* der Verba des Könnens, Mössens u. f. w. ist in unvollständigen und zusammengeziogenen oder verkürzten Bedingungsätzen selten, aber nicht unerhört, am wenigsten dann, wenn die genannten Verba in Sätzen auftreten, welche die Frageform angenommen haben oder irgend einen beschränkenden Zusatz (wie *vix*, *fortasse* u. f. w.) enthalten.

Quis ferre possit, inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos sobriis, dormientes vigilantibus? Cic. Cat. 2, 5.

Plurima quidem proferre possemus, sed modus adhibendus est. Nep. Epam. 4.

Inter haec senex, juvenem amplexus, Huncine, ajebat, quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vincitum inter verbera et cruciatus videre potestis, quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent? Liv. 1, 26.*

Quid enim posset (si. potuisset) iis (sc. Crasso, Pompejo, Caesari) esse laetum, exitus suos cogitantibus? Cic. Div. 2, 9.

Multum haec vox fortasse valere deberet ejus hominis, qui consul insidias rei publicae consilio investigasset, veritate aperuisset, magnitudine animi vindicasset, quum is se nihil audisse de P. Sulla, nihil suspicatum esse diceret. Cic. Sull. 5, 14.

Perturbationes animorum poteram morbos appellare; sed non conveniret ad omnia. Cic. Fin. 3, 10.

Esset pugnandum cum consulibus. Cic. Planc. 36, 88.

Etenim esset absurdum, quum ceteros sua sponte nominasset, mentionem facere Sullae nullam nisi admonitum et interrogatum: nisi forte verisimile est, P. Sullae nomen in memoria Cassio non fuisse. Cic. Sull. 13, 37.

Non modo unius patrimonium, sed urbes et regna celeriter tanta nequitia devorare potuisset. Cic. Phil. 2, 27.

Neque enim valetudinis curatio, neque navigatio, neque agri cultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio sine hominum opera ulla esse potuisset. Cic. Off. 2, 3.

Hic in illo ipso malo gravissimaque belli offensione L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset, vestro jussu coactus partem militum, qui jam stipendiis confecti erant, dimisit, partem M. Glabroni tradidit. Cic. De imp. Cn. P. 9, 26.

Tanta repente vilitas annonae ex summa inopia et caritate rei frumentariae consecuta est unius hominis spe ac nomine, quantam vix in summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Cic. De imp. Cn. P. 15, 44.

Poteras autem eo tempore auguratum petere, quum in Italia Curio non esset, aut tum, quum es factus, unam tribum sine Curione ferre potuisses? Cic. Phil. 2, 2.

Qui terror non eo tantum a Fabio abhorret, quod si qua alia arte cognomen suum aequavit, tum maxime bellicis laudibus, sed etiam, quod memor Papirianae saevitiae nunquam, ut dictatoris injussu dimicaret, adduci potuisset. Liv. 10, 3.

Nonne melius multo fuisset, otiosam aetatem et quietam sine ullo labore et contentione traducere? Cic. Cat. Maj. 23, 82.

§. 23.

Anm. 5. Erscheint in einem Bedingungsordersätze der *Conjunctivus* ohne *si*, so ist derselbe nicht rein hypothetisch.**) Ein solcher Konjunktiv setzt eine Bedingung nämlich nicht bloß logisch (d. h. mit dem Verstande), sondern wünscht dieselbe zugleich ethisch (d. h. mit dem Gemüthe) entweder herbei, oder fordert doch dazu auf, sie eintreten zu lassen, und ist also bald optativ-hypothetisch, bald postulativ-hypothetisch.

Optativ-hypothetisch ist der *Conjunctivus* bei Seneca Thyest. 214: Rex velit honesta: nemo non eadem volet, wo der Trabant dem Könige Atreus nicht bloß erwidern will: „Angenommen, daß der König das Gute will (= Wenn der König das Gute will),“ sondern zugleich seinen Wunsch, daß dem so sein möge, an den Tag legt: „Der König wolle nur das Gute (= Möge nur das Gute wollen).“ Ebenso bei Lucan. 10, 191: Spes sit mihi certa videndi Nilivae fontes: bellum civile relinquam, wo der Conj. nicht die bloße Bedingung, sondern zugleich den Wunsch des wissbegierigen Caesar, die Quellen des Nil zu entdecken, ausdrückt.

Postulativ-hypothetisch ist dagegen der *Conjunctivus* da aufzufassen, wo der Angeredete geradezu aufgefordert wird, eine Bedingung eintreten zu lassen, also nicht bloß ein bescheidener Wunsch ausgedrückt wird, oder

rend aus dem Sitzungssaale des Senats stürzte, so steht natürlich das Plusq. Das übrigens das Impf. v. oportere und debere häufig eine Verpflichtung und das von posse häufig ein Vermögen bezeichnet, die als aus der Vergangenheit in die Gegenwart hinüberbauend gedacht werden können (ich müßte, ich könnte), soll, wie oben angedeutet, durchaus nicht gelehnet werden. Wagners Beurtheilung der lateinischen Sprachlehre von Schultz in Muetzells Zeitschrift für das Gymnasialw. 9. Jahrgang. 1855. S. 310.

*) Vgl. Cic. Verr. 5, 32: Hodie, inquam, Syracusanum in ea parte (d. h. auf der Insel) habitare non licet; est enim locus, quem vel pauci possent defendere. Halm bemerkt hierzu: „Ist die Lesart richtig, so darf man possent kaum hypothetisch mit Ergänzung einer Bedingung fassen, sondern der Conj. Impf. ist soeben aus dem Sinne des Marcellus gelehrt, der jene Anordnung in dieser Ermüdung gegeben hatte. Aber wahrscheinlich ist entweder mit den geringern Absch. possunt oder mit Ernesti possint (quem = ut eum) zu lesen.“

**) Vgl. §. 6.

wo gar das wirkliche Herbeiwünschen einer Bedingung widersinnig wäre. So ist *velis* bei Horat. Sat. 1, 9, 54: *Velis tantummodo: quae tua virtus, Expugnabis* gewiß schon mehr *postulativ*, als *optativ*, und *sit spes* bei Horat. Ep. 1, 16, 54: *Sit spes fallendi: miscebis sacra profanis* nicht, wie bei Lucan. (s. ob.) bloß *optativ*, sondern vielmehr *postulativ-hypothetisch* zu fassen, wenn man nicht dem wohlwollenden und edelbedenkenden Dichter eine gar zu *misanthropische* Gesinnung unterlegen will. Bei Propert. aber Eleg. 4, 5, 9: *Illam velit: poterit magnes non ducere ferrum, Et volucris nidis esse noverca suis*, wo der Dichter, weit entfernt, die Zauberkräfte einer Kupplerin in Thätigkeit gesetzt zu wünschen, dieselbe vielmehr verwünscht, würde die *optative* Auffassung von *velit* ebenso widersinnig sein, als wenn man *vendat* in Cic. Off. 3, 13: *Vendat aedes vir bonus propter aliqua vitia, quae ipse novit, ceteri ignorent; pestilentes sint et habeantur salubres; ignoretur, in omnibus cubiculis apparere serpentes; male materiatae sint, ruinosae; sed hoc praeter dominum nemo sciat. Quaero, si haec emptoribus venditor non dixerit aedesque vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit, num injuste aut improbe fecerit optativ* erklären wollte, da ja der Wunsch, daß ein *vir bonus* ein Haus, dessen Fehler er verschweigt, für eine den wahren Werth desselben weit überschreitende Summe verkaufe, im Munde eines Lehrers der Moralbarer Unfluth wäre. Vielmehr drückt der Conj. in den 3 letzten Stellen (*sit spes fallendi; illa velit; vendat aedes*) ein Postulat aus, unterscheidet sich aber von dem Conj. der viertelsten Stelle (*velis tantummodo*) wieder dadurch, daß er nicht wie dieser ein *faktisches* oder *praktisches*, sondern ein bloß *logisches* oder *theoretisches* Postulat ausdrückt, mithin in der letzten Stelle (*vendat aedes*) nicht zum Hausverkaufe in der Wirklichkeit, sondern nur zum Hausverkaufe in der Vorstellung auffordert. Offenbar nämlich verhält sich's mit diesem *postulativen* Conj. ganz ähnlich, wie mit dem *concessiven*, so daß, wie z. B. *exeat concessivo* nicht immer *concedo*, *ut exeat*, sondern oft bloß *concedo*, *eum exire* bedeutet, so auch *vendat postulativ* nicht immer *fac*, *ut vendat* (laß den Fall wirklich eintreten, daß), sondern auch bloß *fac vendere* (laß den Fall in deiner Vorstellung eintreten, d. i. jeze den Fall, daß) bedeuten kann.

Mag nun aber dieser *hypothetische* Conj. je nach dem Zusammenhange entweder *optativ*- oder *postulativ-hypothetisch* gefaßt werden, immer unterscheidet sich derselbe, wie der *hypothetische Imperativ* (s. folg. Anm.), von dem viel ruhigeren, eine bloße *Verstandesthätigkeit* bezeichnenden *si vendat* durch größere eben in der Beimischung der *Gemüthsthatigkeit* begründete Lebhaftigkeit, und dies ist wohl der Hauptgrund, weshalb derselbe vorzugsweise in der *affektvolleren* Sprache der Dichter und Redner oder in der *gemüthlicheren* des Dialogs und Briefstils gefunden wird. Vgl. Caecilius Statius bei Cic. N. D. 3, 29:

Aut tu illum fructu fallas, aut per literas
Avertas aliquod nomen, aut per servolum
Percutias pavidum: postremo a parco patre
Quod sumas, quanto dissipas libentius!

wo die ersten Conj. *fallas, avertas, percutias* unabhängig *hypothetische* sind und erst der letzte alle 3 zusammenfassende *quod sumas* vermöge einer etwas freieren Wendung der Konstruktion die Stelle eines *abhängig* *hypothetischen* Conj. (*si quod sumas*) vertritt. Vgl. ferner in Scipios Rede b. Liv. 28, 44: *Hic modo nihil morae sit: una et trajecisse me audietis et ardere bello Africam* und in der Rede des Konfuls P. Sulpicius Galba b. Liv. 31, 7: *Patiamur expugnandis Athenis, sicut Sagunto expugnando Hannibalem passi sumus, segnitium nostram experiri regem: non quinto inde mense, quemadmodum ab Sagunto Hannibal, sed quinto inde die, quam ab Corintho solverit naves, in Italiam perveniet.*

Auch der *Conjunctivus Perfecti* erscheint *hypothetisch* ohne *si*. So findet sich: *Dixeris „Experiar“: Si vis, potes, addit et instat.* Horat. Sat. 2, 6, 39. *Jusserit ad se Maecenas serum sub lumina prima venire Convivam: Nemon' oleum feret ocius? equis Audit? cum magno blateras clamore fugisque.* Hor. Sat. 2, 7, 32; *Dixeris haec inter varicosos centuriones: Continuo crassum ridet Vulfenius ingens.* Pers. Sat. 5, 189.

Was nun aber von dem Conj. *hypothetische* des Praes. und Perf. bei einer dauernden oder vollendeten Annahme der Gegenwart gilt, das muß bei der Annahme einer dauernden oder vollendeten Handlung der Vergangenheit auch von dem *hypothetischen* Gebrauche des Conj. *Impf.* und *Plusq.* gelten. *)

Als *Negation* dürfte zum *hypothetischen* Conj. wohl nur *ne*, nicht *non* hinzutreten. **)

Anm. 6. Der *Conjunctivus Hypotheticus* ohne *si* wird bisweilen geradezu durch den *Imperativus* §. 24. vertreten, wie ja auch im Deutschen der *Imperativus* nicht bloß *concessiv* (Vgl. aus Goethes Faust. „Seh dir Perrücken auf von Millionen Locken, Seh deinen Fuß auf ellenhohe Socken, Du bleibst doch immer, was du bist.“), sondern auch *hypothetisch* ist. (Vgl. das deutsche Sprichwort: Sage mir, mit wem du umgehst, und ich will dir sagen, wer du bist.“ Und aus Goethes Faust: „Verachte nur Vernunft und Wissenschaft, Des Menschen allerhöchste Kraft, Laß nur in Blend- und Zauberwerken Dich von dem Lügegeist bestärken, So hab ich dich schon unbedingt.“)

Intruemini horum deinceps annorum vel secundas res, vel adversas: invenietis omnia prospere evenisse sequentibus, adversa spernentibus. Liv. 5, 51.

Conferte hanc pacem cum illo bello, hujus praetoris adventum cum illius imperatoris victoria,

*) Vgl. §. 9 und §. 15.

**) Putsche: Ueber den *hypoth.* Gebrauch des *unabhängigen* Conj. und *Ind.* ohne *si* in den Neuen Jahrbüchern für Philologie und Pädag., begründet v. Jahn. B. 72. S. 181–186.

hujus cohortem impuram cum illius exercitu invicto, hujus libidines cum illius continentia: ab illo, qui cepit, conditas, ab hoc, qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas. Cic. Verr. 4, 52.

Quis est, qui suorum mortem non eo lugeat, quod eos orbatos vitae commodis arbitretur? Tolle hanc opinionem: luctum sustuleris. Cic. Tusc. 1, 13.

Quantum sit apte dicere, experiri licet, si compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum, ut haec nostra in Cornelia: Neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos et Laelios multi venalicii mercatoresque superarunt. Immuta paulum, ut sit: multi superarunt mercatores venalicii: perierit tota res. — Verba permuta sic: videsne, ut ad nihilum omnia recidant? Cic. Or. 70, 232 u. 233.

Tracta definitionem fortitudinis: intelliges, eam stomacho non indigere. — Remove perturbationes maximeque iracundiam: jam videbantur monstra dicere Stoici. Nunc autem ita disserunt, sic se dicere, omnes stultos insanire, ut male olere omne coenum. At non semper. Commove: senties. Sic iracundus non semper iratus est. Lacesse: jam videbis furentem. Cic. Tusc. 4, 24.

Homines tennes hac una fiducia civitatis non modo apud nostros magistratus, neque apud cives solum Romanos fore se tutos arbitrantur, sed, quocunque venerint, hanc sibi rem praesidio sperant esse futuram. Tolle hanc spem, tolle hoc praesidium civibus Romanis, constitue nihil esse opis in hac voce „civis Romanus sum“: jam omnes provincias, jam omnia regna, jam omnem orbem terrarum civibus Romanis ista defensione praecluseris. Cic. Verr. 5, 65.

Excitate, excitate ipsum, si potestis, a mortuis: frangetis impetum vivi, cujus vix sustinetis furias insepulti? Cic. Mil. 33, 91.

Wie in den oben citirten Worten aus Goethes Faust: Verachte nur Vernunft und Wissenschaft u. s. w. nicht bloß die Bedingung ausgedrückt wird, unter welcher Faust dem Bösen anheimfällt, sondern meisterhaft eben durch die Wahl des Imperativus dem Mephistopheles zugleich der teuflische Wunsch in den Mund gelegt wird, daß diese Bedingung sich realisiren und Faust den betretenen Weg verfolgend sich vom Lügengeiste immer mehr bestärken lassen möge, so unterscheidet sich auch in den angeführten Stellen intuemini, conferte u. s. w. der Imperativus von dem rein logischen und deshalb viel matteren si intuemini, si confertis u. s. w. unverkennbar durch seine ethische Kraft und drückt nicht bloß die Bedingung, unter welcher etwas geschieht, sondern auch das Verlangen nach Realisirung dieser Bedingung, oder wo die Realisirung der Bedingung, wie in den letzten Beispielen (tolle hanc spem und excitate Clodium) dem wahren Wunsche des Redenden nicht entspricht, die Aufforderung aus, die Bedingung wenigstens versuchsweise zu verwirklichen, um durch die daraus hervorgehenden übeln Folgen belehrt zu werden. *)

§. 25.

4. Ein seltener Fall ist es, wenn das Verbum des Bedingungsnebensatzes im Indicativus und das des Bedingungs Hauptsatzes im Conjunctivus steht. Dieser Fall tritt ein, wenn der Nebensatz das Bedingungsverhältnis ganz einfach ohne alle Hinweisung auf die Ansicht des Redenden über die Möglichkeit oder Wahrscheinlichkeit der Aussage angeht, der Hauptsatz aber einen Wunsch oder eine Aufforderung oder eine zweifelnde Frage mit negativem Sinne (vgl. Zumpt §. 530) enthält. Auch in den sogenannten unwahren Bedingungsätzen der Vergangenheit steht, wo der Redende den Inhalt des hypothetischen Vorderatzes als eine von einem Gegner wirklich gemachte, aber von ihm (dem Redenden) für unwahr gehaltene Behauptung bezeichnet werden soll, der Indicativus, namentlich der Indicativus eines Praeteritum von sum mit dem Participium auf urus statt des Conjunctivus Plusquamperfecti von volo mit einem davon abhängigen Infinitivus, obwohl nicht allein in diesem Sinne, da ja das Participium auf urus nicht bloß einen solchen bezeichnet, der etwas thun wird, will oder im Begriffe zu thun ist, sondern auch einen, dem durch Auftrag oder durch das Geschick es bestimmt ist, etwas zu thun. **)

Si stare non possunt, corruant. Cic. Cat. 2, 10.

Proinde aut exeant aut quiescant aut, si et in urbe et in eadem mente permanent, ea, quae merentur, expectent. Cic. Cat. 2, 5.

Interrogetur Flavius, si voles, quinam fuerit L. Herennius. Cic. Verr. 5, 59.

Si quid erit praeteritum, animo requiratis. Cic. Cluent. 2, 6.

Si quam opinionem jam vestris mentibus comprehendistis, si eam ratio convellet, si oratio labefactabit, si denique veritas extorquebit, ne repugnetis eamque animis vestris aut lubentibus aut aequis remittatis. Cic. Cluent. 2, 6.

*) Putsche a. a. D. S. 179—181.

) Kann ich zum Beweise für den zuletzt angeführten Sprachgebrauch auch kein Beispiel aus einem klassischen Schriftsteller beibringen, so ist an demselben doch nicht zu zweifeln, da in abhängigen sogenannten unwahren Bedingungsätzen der Vergangenheit der Vorderatz oft genug ein Part. auf urus mit dem Conj. Impf. v. sam enthält. (S. §. 25*) hinter d. letzten Beisp. Der Verf.

Si me audietis, adolescentes, solem alterum ne metueritis. Cic. Republ. 1, 19.

Dedamur (sagt Spurius Postumius) per fetiales nudi vinctique; exsolvamus religione populum, si qua obligavimus. Liv. 9, 8.

Vos, dii immortales, precor quaesoque, si vobis non fuit cordi Sp. Postumium, T. Veturium consules cum Samnitibus prospere bellum gerere. at vos satis habeatis vidisse nos sub jugum missos. Liv. 9, 8.

Quod si meis incommodis laetabantur (consules), urbis tamen periculo commoverentur. Cic. Sest. 24, 54.

Ser. quidem Galba, si in L. Paulo accusando documentum eloquentiae dare voluit, non triumphum impedire debuit, sed postero die, quam triumphatum est, privatum eum visurus esset, nomen deferret et legibus interrogaret. Liv. 45, 37.*)

Si P. Lentulus suum nomen fatale ad perniciem reipublicae fore putavit, cur ego non laeter, meum consulatum ad salutem populi Romani prope fatale exstitisse? Cic. Cat. 4, 1.

Quid, si poenam, inquit, remittimus vobis, qualem nos pacem vobiscum habituros speremus? Liv. 8, 21.

Quod si Caesaris causa in provinciam veniebatis (wenn ihr wirklich um Caesars willen, wie ihr sagt, in die Provinz kamet), ad eum profecto exclusi provincia venissetis. Venistis ad Pompejum. Cic. Lig. 8, 25.

Si fatum fuit (wenn es, wie doch von so vielen Seiten wirklich behauptet wird, des Schicksals Wille gewesen ist), classes populi Romani bello Punico primo, alteram naufragio, alteram a Poenis depressam interire, etiamsi tripodium solistimum pulli fecissent, L. Junio et P. Clodio consulibus, classes tamen interissent. Cic. Div. 2, 8.**)

Id neque, si fatum fuerat, (Dejotarus) effugisset, nec, si non fuerat, in eum casum incidisset. Cic. Dej. 2, 8.

Milo profectus (est) id temporis, cum jam Clodius, si quidem eo die Romam venturus erat (wenn er wirklich, wie von gegnerischer Seite gesagt wird, an diesem Tage nach Rom kommen wollte), redire potuisset. Cic. Mil. 10, 28.***)

Anm. 1. Statt des Bedingungsnebensatzes steht ein affirmativer Satz: †) Inimicitiae sunt: subean. §. 26. tur; labor: suscipiatur. Cic. Verr. 5, 71.

Anm. 2. Statt des postulativen Coniunctivus steht im hypothetischen Hauptsatz auch der Imperativus. §. 27. Timorem, si quem habetis, deponite. Cic. Mil. 2, 4.

Si hic permanent (sc. quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura), mementote, non tam exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos. Cic. Cat. 2, 3.

Qui (sc. aleatores, adulteri etc.) nisi exeunt, nisi pereunt, etiamsi Catilina perierit, scitote hoc in re publica seminarium Catilinarum futurum. Cic. Cat. 2, 10.

Quapropter, si mihi respondere voles, haec dicito. Cic. Verr. 5, 51.

Quum ego P. Granium testem produxero, qui suos libertos abs te securi percussos dicat, refellito, si poteris. Cic. Verr. 5, 59.

Haec nisi omnia perspexeritis in causa, temere a nobis illam appellari putatote. Cic. Cluent. 6, 18.

*) Vgl. §. 10. — So wird der Begriff des nach den Umständen als notwendig oder auch als pflichtgemäß sich Ergebenden nicht selten bloß durch den Coniunct. angedeutet. Fabri zu Liv. 21, 36. Madv. Lat. Spr. §. 352, 6, Anm. 4.

